

Cambridge University Press

978-1-108-06895-6 - Documenti Sulle Relazioni Delle Città Toscane Coll'Oriente Cristiano E Coi Turchi Fino all'Anno MDXXXI

Giuseppe Müller

Excerpt

[More information](#)

PARTE PRIMA.

Cambridge University Press

978-1-108-06895-6 - Documenti Sulle Relazioni Delle Città Toscane Coll'Oriente Cristiano E Coi Turchi Fino all'Anno MDXXXI

Giuseppe Müller

Excerpt

[More information](#)

I.

1108 , ind. I.

Tancredi , vicario del principato d'Antiochia , promette ai Pisani possessi in Laodicea ed in Antiochia , e libertà di commercio nel principato. (Arch. capitolare della Primaziale di Pisa; Copie in pergamena. Muratori, Antiquit., II , 905. Dal Borgo , Diplomi pisani , pag. 85.)

A.

In nomine domini nostri Iesu Christi , Dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octavo, indictione prima, epacta vero VI. Tancredus , Dei gratia Antiochenus princeps , fecit convenientiam et pactum Pisanis pro auxilio quod ei fecerant (1) ad devincendos Grecos Laodicie , si Deus aliquo modo dederit ei civitatem, dare et conservare libere et sine aliquo iure voltas Prodromi (2) ab uno capite usque ad aliud superius et inferius; superius usque ad Sanctum Nicolaum cum eodem , inferius usque ad litus maris et usque ad puteum ferreum, cum omnibus suis pertinentiis.

In Antiochia autem , supradicta ratione , vicum unum tribuit , videlicet vicum Sancti Salvatoris undique. Super hec enim omnimodam libertatem totius sue terre et portuum, cum diligentia et gratissimo honore: laudante et confirmante B. Antiochie patriarcha , simul laudantibus archiepiscopis, R. scilicet ecclesie Tarsensis, R. atque ecclesie Mamistensis, T. sancti Pauli abbate; et testimonio baronum horum , scilicet R. Fulconis filii, et Engellerii, et R. Sancti Laudi.

(1) *Fecerint si legge presso Muratori e Dal Borgo.*

(2) *Podromi nella pergamena , e presso Muratori e Dal Borgo.*
La correzione è del prof. Heyd.

B.

Tancredus , gratia Dei princeps Antiochenus, omnibus orientalibus christianis, filiis in Christo, salutem. Millesimo centesimo octavo ab incarnatione Domini anno, indictione I, epacta vero VI. Tancredus dux et princeps Antiochenus qui tunc orientali, Deo favente, dominabatur regioni, pro auxilio atque consilio , quod fecerant ei Pisani ad devincendos Laodicie Grecos, qui contra Dei iustitiam dominium supradicte civitatis vi et rapina iniuste sibi subiugaverant, dedit eisdem, scilicet Pisanis, in predicta civitate vicum unum cum omni honore et libertate.

Eodem autem modo navibus et galeis suis, ut libere stare in porto Laodicie , et quando vellent, ab ipso sine aliquo munere ac consuetudine possent exire et intrare.

In Antiochia autem , supradicta ratione , vicum unum tribuit. Super hec enim omnimodam libertatem totius sue terre , portuum , cum diligentia et gratissimo honore.

Haec charta confirmatur testimonio B. patriarche Antiochie, et R. archiepiscopi ecclesie Tarsensis, et R. archiepiscopi ecclesie Mamistensis, et T. sancti Pauli abbatis; et testimonio baronum domini Tancredi, horum scilicet, R. Fulconis filii, et Engellerii, et R. Sancti Laudi.

II.

1111 , 50 aprile , ind. IV in Costantinopoli.

Martino del fu Atto e Adalasia sua moglie offrono le loro persone e donano la terza parte dei loro beni, con certi patti , all'Opera del Duomo di Pisa. (Arch. capitolare della Primaziale di Pisa; Pergam. orig. Bonaini, Diplomi pisani , pag. 12.)

In eterni Dei nomine. Tibi Deo et beate Marie Virginis nos Martinus quondam Adthi et uxor eius Adalascia offerimus et donamus et irrevocabiliter tradimus pro remedio anime nostre atque parentum nostrorum, id est, tertiam partem nostram de omnia que modo habemus vel quod in antea acquirere aut aggregare potuerimus; et etiam predictus Martinus cum Adalascia uxor sua se offerunt ad infrascripte opere ecclesie Sancte Marie Virginis Pisane civitatis. Et ita factum est , si Martinus mortuus fuerit anteaquam Adalascia uxor sua, debet offerri predicta Adalascia statim xx et v bisantios a predicta ecclesiam; et si Adalascia moreretur antea, ut Martinus vir suus similiter debet offerre iam dictos bisantios, sicut supra legitur; et qui plus vivet , inter Martinum et predicta uxor eius, habeat in potestatem omnia que remanent de iam dictos bisantios, et inde se conducat; et priusquam mortuus fuerat, omnia que supra leguntur, in integrum sit in potestate et dominio Dei et iam dicte Marie Virginis, pro redentione nostrorum peccatorum adque parentum nostrorum; et nulla nobis sit licentia vel heredibus nostris omnia infrascripta nec agere nec causare aut intentionare seu diminuere vel retollere de iure Dei et suprascripte Marie Virginis. Quam meam oblationem et traditionem et cessionem, si nos qui supra iugales vel nostri heredes in aliquo retollere vel mutare, diminuere aut in alium ordinem transferre quiescerimus per aliquod ingenium, spondemus nos qui supra iugales nostrosque heredes ad partem Dei et beate iam dicte Marie Virginis debere componere omnia predicta in dupplum sub estimatione, quia sic michi complacuit. Unde hanc cartulam Guilicionem notarium apostolice sedis

scribere rogavi. Actum Costantinopoli prope ecclesiam Sancti Nicholay.

Hoc factum est in presentia et testimonio Ugo Dudonis qui tunc erat legatus Pise et Ondo quondam Landolfi et Touso quondam Aldobrandi et Raimundo quondam Ursi et Ugo di Soppitia et Scilinguato quondam Gerardi et Ubertum quondam Carelli et Vernaccio quondam Niciforj et Francardum quondam Pandolfi atque Iohanni Castaldo qui ibi fuit. Hoc factum est anno dominice incarnationis eius millesimo centesimo quadragesimo secundo, pridie kalendas madii , inditione quarta.

Et insuper iuravit suprascripto Martino omni tempore esse fidelis suprascripte opere ecclesie sancte Marie, et ubi ipse potuit meliorare onorem atque prodesse predicte opere, nec non civitatis Pise communis, sine fraude et malum ingenium debet meliorare , sicut supra legitur; et hoc quod ei veniad in manu de iam dicta opera sancte Marie et de communis civitatis Pise, debet salvum facere melius quam sciet et cognoscet, et ultra duos bisantios non debet fraudare per annum, et predictos bisantios sponte non debet fraudare: et iuravit, ut omni tempore esse ad obedientiam predicte opere et operariis qui pro temporaliis sint operarii vel eorum certo misso. Et predictus Martinus debet mittere ad quendam filia sua nomine.... , que est in suprascripte civitatis Pise, quadraginta bisantios. Unde iussit Martinus, si suprascripta filia sua mortua fuerit, anteaquam legittimum virum abeat, dare medietas de iam dictos bisantios ad operam sancte Marie Virgini, pro redentione peccatorum meorum et parentum meorum; et sub eiusdem testes et de omnia que supra legitur.

COLL'ORIENTE. — PARTE PRIMA.

5

III.

1153, 20 dicembre, ind. II in Roma.

Papa Anastasio IV conferma alla chiesa di S. Iacopo in Almido tutti i suoi possessi, compresavi la chiesa di San Niccold. (Arch. di Pisa, Diplomatico; Pergamena originale.)

Anastasius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Ricio, rectori ecclesie sancti Iacobi de Almido, eiusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut fidelis devotio celere sortiatur effectum. Ea propter, dilecta in Domino fili, tuis iustis petitionibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam Sancti Iacobi, in qua divinis cultibus nosceris manipatus, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presenti scripti privilegio communimus statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus ecclesiam Sancti Nikolai cum omnibus pertinentiis suis proprio vocabulo duximus exprimendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam aut bona ipsius temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dioecesi episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate

careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

† Ego Anastasius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi. Bene valete.

† Ego Himarus Tusculanus episcopus subscripsi.

† Ego Ugo Ostiensis episcopus subscripsi.

† Ego Gregorius presbiter cardinalis tituli Sancti Calisti subscripsi.

† Ego Octavianus presbiter cardinalis tituli Sanctae Ceciliae subscripsi.

† Ego Henricus presbiter cardinalis tituli Sanctorum Nerei et Achillei subscripsi.

† Ego Oddo diaconus cardinalis Sancti Georgii subscripsi.

† Ego G[uido diaconus] cardinalis Sanctae Ma[rie in Portieu] subscripsi.

† Ego [Gerardus] diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Via lata subscripsi.

Datum Laterani per manum Rolandi, sanctae romanae Ecclesiae presbiteri cardinalis et cancellarii, XIII kalendas ianuarii, inductione II, incarnationis dominicae anno MCLIII, pontificatus vero domini Anastasii, papae IIII, anno primo.

IV.

1154, 10 maggio, ind. II in Antiochia.

Rinaldo principe d'Antiochia e Costanza sua moglie concedono ai Pisani possessi e privilegi in Laodicea ed Antiochia.

(*Arch. di Pisa*, Diplomatico; Copia autentica in pergamena. *Ughelli, Italia sacra*, III, 463-64. *Tronci, Memorie storiche*, pag. 88. *Dal Borgo, Diplomi pisani*, pag. 86.)

Privilegium principis Rainaldi Antiochie et principisse Constantie, de dono Pisanorum qui sunt Laodicie.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Universis sancte matris Ecclesie filiis presentibus atque futuris notificari atque manifestari volumus, quod ego Raynaldus, Dei gratia Antiochenorum princeps, unaque Constantia, eorumdem principissa, Boemundi iunioris filia, perenni iure donamus et concedimus ecclesie Sancte Marie et archiepiscopo Pisane civitatis, consulibus ac senatoribus et communi populo tam in Pisana provintia, quam in nostra manenti et legato Butate terram ad construendam domum in portu civitatis Laodicie, quae terra extenditur subtus ecclesiam S. Helye, scilicet ante domum Templi et domum magistri Ugonis usque ad mare, quod contra est, et extenditur per littus maris usque ad quandam teneriam et murum antiquum, et in superiori parte usque ad fossatum. Sciendum est autem, si iudicio curie terram recuperare possent, quam in predicto portu Willelmus Embriacus possidet, in propriis usibus nostris redibit terra quam superius illis dedimus.

Insuper hereditario iure illis donamus domum in civitate Antiochena, quae fuit domine Odone de Tyro, et dimittimus illis et condonamus per totam

terram nostram, a quibuscumque partibus venerint, medietatem totius iuris quod per consuetudinem intrando vel exeundo, emendo vel vendendo dare soliti sunt; et illos, sive sint in mari, sive in terra nostra, ab omni posse nostro protegemos et defendemus.

Preterea, si in terra nostra naufragium passuerint, illos et res eorum salvabimus et protegemos; et si quispiam illorum in terra nostra mortem passus fuerit, res eius parentibus suis intactas servari faciemus.

Insuper, si inter se querelam habuerint, non in curia nostra, sed in sua iuxta statuta eorum tractabitur, et si de nostris hominibus et suis querela fuerit, in curia nostra audietur.

Ut autem hoc donum firmum et inviolabile permaneat, his licteris annotari testibusque subscribi ac sigilli principalis impressione muniri fecimus.

Factum est hoc per manum Gaufridi, cancellarii nostri, anno ab incarnatione Domini MCLIII, inductione II. Huius rei sunt testes: Garento de Saona, Galterus de Surdavalle, Gaufridus constabularius, dominus Leonardus, Leo, Maiopolis dux, Martinus de Margaht, Arnaudus de Cafardam, Robertus de Surdavalle, Ugo de Volera, Isenbardus de Lenni, Petrus de Iuvenaht.

Data est carta in palatio Antiocheno, decima die mensis maii.

V.

1156, 2 novembre, ind. V in Accone.

Balduino IV re di Gerusalemme fa la pace con i Pisani, confermando i loro antichi privilegi e concedendo loro case, terre, forno e giurisdizione in Tiro. (*Arch. di Pisa*, Diplomatico; Copia autentica in pergamena, due esemplari. *Tronci, Memorie*, pag. 91. *Dal Borgo, Diplomi pisani*, pag. 87.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Balduinus, per gratiam Dei in sancta civitate

Hierusalem Latinorum rex quartus, consilio et concessione Milisendis reginae, matris siquidem meae, pacem in hunc modum facio cum Pisanis. Pisani itaque per se et per suos omnes homines querelas

COLL'ORIENTE. — PARTE PRIMA.

7

universas omnium rerum quae eis ablatae sunt mihi regi et omnibus meis hominibus dimittunt, quas usque ad diem hanc contra me atque meos homines aliquo modo intendere poterant, exceptis his quas de honoribus suis contra dominum Hierosolimitanum patriarcham et clericatum Cesariae et abbatem et monacos Sanctae Mariae de Latina intendere possunt. Et ego rex per me et per meos omnes homines querelas universas rerum omnium quae michi vel hominibus meis ablatae sunt Pisanis et omnibus eorum hominibus dimitto, quas usque in hodiernum diem contra eos eorumque homines aliquo modo intendere poteram.

Pisani insuper et homines eorum me regem salvum et fidum reddent et omnes meos homines tam in personis, quam in rebus eorum, in mari et in terra, neque extraneis hominibus studiose me vel homines meos offendere permittent. Et ego rex et homines mei salvos et fidos reddemus Pisanos et homines eorum tam in personis, quam rebus eorum, in mari et in terra, neque extraneis hominibus studiose eos offendere permittemus. Excipio tamen eos, quos mei homines invenerint portantes ferrum aut lignamen aut picem seu arma ad vendendum in terra Egypti; quod si tunc homines mei res ipsorum eis abstulerint, propterea pax non rumpetur.

Insuper, ego rex dono Pisanis in Tyro vicecomitatum qui in eorum propria curia Pisanos iustificare beat. Reservo tamen meae curiae querimoniam traditionis mortis, quam in mea curia iudicare faciam secundum iustitiam et rationes meas.

Tribuo etiam Pisanis carrucatas quinque de bona terra iuxta Tyrum et in Tyro furnum unum. Quin imo reddo et confirmo eis quidquid bonae memoriae dominus rex Balduinus, avus meus, in Tyro vel in regno suo olim Pisanis concessit et regio privilegio corroboravit, quod est continens ita:

Concedimus Pisanis in Tyro in ruga iuxta portum quinque domos liberas et quietas ab omni tributo vel reddito in perpetuum iure hereditario ad vendendum vel dandum cuicunque voluerint possidendas; naves vero suas et negotia, quae Tyro adduxerint vel de Tyro traxerint, exceptis peregrinis et aliorum hominum, quam Pisanorum mercatibus (1) seu negotiis, in stando in Tyro similiter ab omni redditu et datione libera et quieta.

(1) Così le pergamene: ma par da leggere *mercatoribus*, e da aggiungere dopo *quieta*, *relinquimus*, che il Dal Borgo ha accolto nel suo testo.

Preterea, si aliquis ex Pisanis in toto regno Hierusalem mortuus fuerit, res eiusdem mortui sint liberae et reddantur familiae aut genti sua. Placet etiam michi, ut Amalricus, frater meus, comes Ascalonitanus, cum Pisanis paciscatur.

Has igitur quas supra memoravi conventiones pacis inter me et Pisanos et homines meos et homines eorum reformandae et in perpetuum, prestante Domino, conservandae laudo et concedo et subscriptis testibus sigillique mei subpressione muniri precipo.

Factum est autem hoc anno ab incarnatione Domini MCLVI, indictione V. Huius quidem predictae pacis testes sunt: Bertrannus de Brancaforti, militiae Templi magister, Gaufridus Fulcherii e Templi commilitonibus unus, frater Giraldus Hungonis, preceptor Hospitalis, frater Guilielmus de Grosseto, Amalricus, comes Ascalonitanus, Robertus de Porta, Rainaldus Falconarius.

Data Achon, per manum Radulfi Betheemita episcopi regisque cancellarii, IV nonas novembbris.

(S. T.) Ego Ughicio nepos Gallici, iudex et notarius domini Imperatoris, autenticum huius vidi et legi et fideliter exemplavi.

(S. T.) Ego Hibignanus, iudex et notarius domini Frederici Romanorum imperatoris et Pisanae civitatis cancellarius autenticum huius vidi et legi et subscripti.

(S. T.) Ego Albertus, domini Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius et notarius, autenticum huius vidi et legi et hic subscripti.

(S. T.) Ego Ildebrandus, domini Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius et notarius, autenticum huius vidi et legi et hic subscripti.

La seconda copia più recente è autenticata come segue:

(S. T.) Ego Benencasa q. Leonardi Cascinensis filius, domini Frederici, invictissimi Romanorum imperatoris iudex et notarius, autenticum huius vidi, legi et obsculasti Accon in ecclesia Sancti Petri Pisanorum; presentibus Pipino Conelli, Ildebrando de Gombo, Opithone Buzacarino, Bonaiuncta Nullo et Ugolino notario q. Bandini et aliis testibus, anno secundum cursum Pisanorum 1248, ind. VI, pridie idus martii; ideoque prout inveni in originali munito sigillo plumbeo pendenti, in quo erat impressa ab uno latere quedam civitas circumdata his litteris: † CIVITAS REGIS REGUM OMNIUM †; et ab altero quedam ymago regis coronati sedentis in regali sede et tenentis in manu dextra quandam crucem, et in manu sinistra quandam pallam rotundam cum cruce parva circumdata his litteris: † BALDUINUS DEI GRATIA REX HIERUSALEM †; non vitiato, non cancellato, non abolito, nec in aliqua sua parte raso, ita per ordinem de verbo ad verbum, nichil addens nec minuens, de mandato nobilis viri d. Guidonis de Sancto Cassiano q. Galli, consulis communis Pisanorum Accon et totius Syrie transumpsi et in publicam formam rededi.

VI.

1457, 2 giugno, ind. V in Ascalona.

Almerico, conte di Ascalona, concede ai Pisani metà de' diritti che gli appartengono in Gioppe, ed inoltre il sito per potervi avere piazza, case e chiesa. (Arch. di Pisa, Diplomatico; Copia autentica in pergamena. Ughelli, Italia Sacra, III, 464-65. Tronci, Memorie, pag. 90. Lüning, Cod. dipl., III, 1473. Dal Borgo, Diplomi pisani, pag. 89.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Analricus, per Dei gratiam comes Ascalonis, per voluntatem atque laudamentum domini atque fratris mei Balduini, regis Ierusalem, dono et concedo atque confirmo tibi, domne Villane, Pisanorum venerabilis archiepiscopus, unaque consilibus earumdem communiterque omnibus Pisanis dimidium totius iuris, quod ad me pertinet, et cum intraverint et cum exierint et cum emerint et cum vendiderint Pisani in Ioppe tam per terram quam per mare.

Dono etiam Pisanis plateam unam in Ioppe, ut in ea componant sibi domos et faciant ibidem forum sibi.

Concedo eisdem locum unum ad fabricandum sibi in eo ecclesiam, si tamen dominus ac magister christianitatis patriarcha hoc ipsum concesserit.

Ut igitur hoc meum donum, hec mea concessio atque confirmatio rata, firma et illibata in perpetuum permaneant et nullius fraudolentia aut violentia circumveniri possint vel turbari, cartam presentem sigillo meo corroboro testibusque subscriptis communio.

Factum est autem hoc anno incarnationis dominice MCLVII, indictione v. Huius quidem rei testes sunt: Ferricus episcopus Achonensis; de fratribus Templi, Goffredus Fulcherj; de fratribus Hospitalis, Willelmus Grosseht; de hominibus vero meis, Simon de Hosden, Rainaldus de Ioppe, Iocelinus de Samulach, Albertus, Willelmus de Tyro, Willelmus de Tiberiade, Guido de Mirobello, Bartholomeus Suassionensis, Gerbertus, Lambertus, Gerardus de Raminnj, Lambertus de Ioppe, Willelmus Ruffus.

Datum in Ascalone per manum Radulphi cancellarii, iv nonas iunii.

VII.

1160, 18 marzo, ind. VIII in Piso.

I consoli di Pisa donano all'Opera del Duomo le rendite delle chiese, dell'embolo, degli scali, del diritto del peso, che il Comune possiede in Costantinopoli per privilegio imperiale. (Arch. di Pisa, Diplomatico; Copia autentica in pergam. Ughelli, Italia Sacra, III, 466-67. Tronci, Memorie, pag. 93. Zaccaria, Excursus litter. per Italiam, pag. 200. Lami, Memorab. Eccl. Florent., II, 1159.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Quoniam iustum est piis petitionibus clementer annuere et in Pisana maiori ecclesia Sancte Marie construenda vigilanter operam dare, ideo nos Lambertus Grassus de Sancto Cassiano, Sismundus Henrici, Coccus filius quondam Griffi, Bulsus quondam Petri, Henricus Rainerii Frederici, Boccius, Rainerius de Parlascio, Lanfrancus Ugonis et Ugo quondam Tedicionis, consules Dei gratia Pisanorum, consilio maioris partis senatum huius Pisane urbis, tibi Benedicto, dilecto fratri, recipienti vice Iohannis operarii operis Pisane

ecclesie Sancte Marie pro loco ipsius operis damus et inrevocabiliter concedimus ecclesias videlicet, embolum et scalas et stateram que sunt in Costantinopolim et sunt ab Imperatore operi Sancte Marie concessa, ita ut deinceps libere et absolute sint in tua tuorumque successorum rectorum istius operis Sancte Marie potestate, ad augendum et meliorandum, ad honorem et utilitatem prefati operis Sancte Marie: et neque archiepiscopus, neque clericci, neque consules Pisani, neque missatichi, nec vicecomes, neque embularii, qui modo sunt vel pro tempore erunt, nec aliqua

COLL'ORIENTE. -- PARTE PRIMA.

9

persona occasione communis Pisane civitatis potestatem habeat aliquo modo de predictis omnibus vendendi vel pignorandi aut alienandi. Si quis vero contra hanc nostre institutionis ac largitionis paginam venire temptaverit, sit compositurus publico nostre civitatis penam librarum centum optimi argenti. Et quia nos prememorati consules hec omnia volumus imperpetuum observari, imitantes etiam voluntatem et scriptum domini Balduini, pie recordationis Pisane ecclesie archiepiscopi, et domini Villani, nunc venerabilis eiusdem ecclesie presulis, ideo hanc nostre irrevocabilis dationis et concessionis paginam sigillo nostro plumbeo Sancte Marie communis huius Pisane civitatis iussimus insigniri. Et hec omnia ad perpetuam firmitatem atque memoriam Uggucionem, domini imperatoris Frederici iudicem ordinarium et sacri Lateranensis palatii notarium, scribere rogavimus.

Acta sunt hec in veteri capitulo Pisane canonice Sancte Marie, presentia et testimonio Pellarii quondam Gualandi, Ildebrandi Familiati filii Ugonis, Gerardi Ugonis de Fabro nunc Pisani camerarii, ac Boni filii quondam.... anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo primo, quinto decimo kalendas aprilis, indictione octava.

† Ego Ugo consul subscrispi.
 † Ego Lamberto consul subscrispi.
 † Ego Cooccus consul subscrispi.
 † Ego Henrigus consul subscrispi.
 † Ego Bolsus consul subscrispi.
 † Ego Sismundo consul subscrispi.
 † Ego Lanfrancus consul subscrispi.
 † Ego Boecio consul subscrispi.
 † Ego Raynerius consul subscrispi.

† Ego Ugguccio, domini imperatoris Frederici iudex ordinarius et sacri Lateranensis palatii notarius, hec precepto suprascriptorum consulum scrispsi.

(S. T.) Ego Hieronymus olim ser Petri q. Antonii de Roncionibus, civis Pisanus, publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, nec non notarius et scriba publicus archiepiscopalnis Pisane curie, predictum pu-

blicum instrumentum sive privilegium prefatorum magnificorum dominorum consulum inclite civitatis Pisane, prefate opere Sancte Marie concessum et in archivio dictae opere repertum, scriptum, rogatum et publicatum a prefato Ugguccione, severissimi domini Frederici imperatoris notario publico, de quo presens transumptum publicum per me Hieronymum Roncionem notarium sumptum est, vidi, legi et asciultavi in presentia magnificorum dominorum Antianorum dictae civitatis, nec non magnifici equitis aurati domini Iohannis Agliate, prefate opere Sancte Marie moderni operarij, una cum infrascriptis honorabilibus et sapientibus viris, dominis Petro Apostolo et Carpo Germano, prefatorum magnificorum d. Antianorum predictae civitatis cancellariis ac notariis publicis Pisanis; et predictorum insinuatione registratum exemplatum aliisque, ut supra factum, interfui; et quia presens transumptum publicatum cum predicto originali instrumento sive privilegio in omnibus concordare inveni, nil addito vel diminuto, quod sensum mutet vel variet intellectum, ideo hic me subscrispi cum meo signo et nomine consuetis, in testimonium premissorum.

(S. T.) Ego Charpus olim Gerardi Nannis de Geminis, civis Pisanus, publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, nec non notarius et scriba publicus magnificorum dominorum Antianorum et Vexilliferi iustitie civitatis Pisarum, quia predictum originale privilegium dictae opere a prelibatis consulibus datum vidi et legi et cum suprascripto exemplari per prefatum nobilem dominum Hieronimum Roncionem transumpto asciultando in omnibus concordare inveni, nec quicquam additum vel diminutum fuisse, quod sensum mutet vel variet intellectum, ideo in fidem premissorum, de licentia et mandato prefatorum dominorum Antianorum et Vexilliferi iustitie, propria manu subscrispi, ac signo et nomine meis solitis roboravi, dominice incarnationis anno millesimo quingentesimo octavo, indictione undecima, die vero vi gesima prima mensis decembbris stilo Pisano.

(S. T.) Ego Petrus olim Augustini quondam Gasparis de Apostolis, civis Pisanus, publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, nec non cancellarius astans excelsi Pisani communis ac prefatorum magnificorum dominorum Antianorum et Vexilliferi, predictum originale privilegii instrumentum a dicto Ugguccione scriptum et publicatum vidi, legi et asciultando cum suprascripto exemplari a prelibato domino Hieronimo Roncione, nobili notario et cive Pisano, inde fideliter sumpto, nil addito vel minuto quod sensum mutet vel variet intellectum, plane concordare inveni; ideo in verum testimonium, de commissione et mandato prefatorum magnificorum dominorum Antianorum, me propria manu subscrispi et publicavi sigillique ipsorum magnificorum dominorum Antianorum apensione ac signo et nomine meis solitis roboravi, suprascriptis anno, indictione et die.

~~~~~

2

## VIII.

1162, aprile, ind. X in Costantinopoli.

*Bottacelo e Cocco, inviati all'imperatore Manuele Comneno, provveggono ch'ubbia effetto la cessione fatta dai consoli di Pisa all'Opera del Duomo di tutte le rendite del Comune pisano in Costantinopoli. (Arch. di Pisa, Diplomatico; Pergamena originale.)*

In nomine domini nostri et salvatoris Iesu Christi, amen. Anno incarnationis eius millesimo centesimo sexagesimo tertio, mense aprilis, indictione decima. Ego Bottacelus et Coccus, a consulibus Pisane civitatis et universo populo destinati nuntii ad gloriosissimum et excellentissimum imperatorem Constantinopoleos, dominum Manuelem Porphyrogenitum et Conninon, ad honorem Dei et beate Marie semper virginis et utilitatem opere Sancte Marie, ordinamus et confirmamus res et negotia que in Constantinopolim gratia Dei et sancti imperatoris habemus, secundum quod a consulibus nostre civitatis ex longo iam tempore preordinatum est. Videlicet, ut naues omnes venientes de Pisa permaneant in scala Pisanorum sine scalatico usque ad duos menses; si vero plus morari voluerint, dent scalaticum ad voluntatem scalarii. Et sic de ceteris navibus. De statera ponimus et ordinamus, ut extraneus det per centinarium staminum unum. Pisanus det per centinarium dimidium staminum. De rubo et modio et metro similiter, secundum antiquam consuetudinem. Domus nostras, ecclesiam videlicet Sancti Nicolay et ecclesiam Sancti Petri et hospitale et earum domus, et quicquid habent vel in antea habiture sunt, concedimus et firmamus hoc totum opere Sancte Marie et operario qui secundum tempus in Constantinopolim fuerit; et mansionatica idem pensiones reddant operario Sancte Marie sine ulla molestia, ad terminum constitutum. Et qui hoc observare noluerint, illis ponimus penam bizantios quinquaginta. Iudicia et elemosinas quas faciunt Christiani predictis ecclesiis et opere Sancte Marie perveniant in manu et potestate operario Sancte Marie sine aliqua molestia. Et qui hoc non observant, ponimus illis penam bizantios centum. Preterea, si parvas naues in terra trahere volunt, permaneant sine ulla datione usque dies quindecim; si plus steterint, dent scalario scaliaticum. Similiter interdicimus et contradicimus, ut thesauros ecclesie Sancti Nycolay et Sancti Petri

neque legati neque vicecomes aut burgenses habeant potestatem vendere sive impignorare sine bona voluntate operarii qui eo tempore ibi in domo fuerint. Hoc totum quod supra scripsimus de ecclesiis, de hospitali, de embulo, de scala etiam et statera, de rubo quoque et modio, de metro atque iudiciis sive elemosinis et de pensionibus domorum, ex parte Dei omnipotentis et Beate Marie semper virginis et domini Villani, Pisanorum archiepiscopi, et consulum atque senаторum et totius Pisani populi, nos qui sumus eorum legati, concedimus et firmamus opere Sancte Marie. Et si quis contra nostra instituta et deliberata facere presumpserit, illi penam bizantiorum centum ponimus. Item contradicimus et statuimus de statera, rubo atque modio et metro, ut nullus qui se Pisanum nominat habeat ista supradicta ad dampnum Sancte Marie, Sancti Nicholay et Sancti Petri. Similiter ordinamus et hoc, ut si pro comuni negotio necesse fuerint thesauri ecclesie Sancte Marie, et operarius inde inquisitus fuerit, cum consilio eiusdem operario et duodecim virorum tribuat et concedat ad communem necessitatem secundum eorum consilium.

† Ego Bottacelus nuntius hoc confirmo et suprascribo.

† Ego Coccus legatus hoc confirmo et suprascribo.

† Caffarus testis sum.

† Guido quondam Alberichi testis.

† Bernardus quondam Dardani testis.

† Morone testis.

† Barone Filalana testis.

† Falcone quondam Granelli testis.

† Pagano testis.

† Vespuccia quondam Bellandi testis.

† Putignanus testis.

† Guilielmus Scalaris testis.

† Henrigus Pandolfi testis.

† Guido de Vico testis.